Correctio; Animadversio. Admonitio. Júdicare.

Anderstú ô Mensch, der dú richtest die, so übels thún, und thúst eúch desselbigen, dass dú dem Gottes urtheil entrinnen werdest. Rom: 2. v. 3.

Ad te ipsúm oculos reflecte, & aliorúm facta caveas júdicare.
In júdicando alios, homo frústrà laborat, sæpiús errat, & leviter peccat.
Se ipsúm verò júdicando & discútiendo semper fructúosè laborat. Kemp: 1. c. 14. n. 1.

Sicút nobis res cordi est, sic de eâ frequénter júdicamús; nam verúm júdicium propter privatúm amorem faciliter perdi, „mús. Kemp: d. 1. c. 14. n. 1.

Qúia homo in se, vel in alijs emendare non valet, debes patienter sústinere, donec Deús aliter ordinet.
Cogita qúia sic forte meliús est pro túâ probatione & patientiâ, sine qúâ non súnt múltùm ponderanda merita nostra.
Debes tamen, pro talibús impedimentis súpplicare, út Deús tibi dignetúr súbvenire, & possis benignè portare.
Si qúis semel aút bis admonitús, non acquieúerit, noli cúm eo con„tendere, sed totúm Deo committe, út fiat volúntas ejús, & honor, in omnibús servis súis, qúi scit benè mala in bonúm convertere.
Stúde patiens esse in tolerando aliorúm defectús, & qúalescúnq; infirmitates; qúia & tú múlta habes qúæ ab alijs oportet tolerari.
Si non potes te talem facere, qúalem vis; qúomodo poteris aliúm ad tuúm habere beneplacitúm?
Libenter habemús alios perfectos, & tamen proprios non emen„damús defectús.
Volúmús qúod alij strictè corrigantúr, & ipsi corrigi ndúmús.
Displicet larga aliorúm licentia, & tamen nobis nolúmús negari, qúod petimús.
Alios restringi per statúta volúmús, & ipsi núllaterús patimúr ampliús cohiberi. Sic ergò patet, qúam rarò proximúm sicút nos ipsos pensamús. Si essent omnes perfecti, qúid túnc haberemús ab alijs pro Deo pati?
Núnc aútem Deús sic ordinavit, út discamús alter alteriús onera portare, qúia nemo sine defectú, nemo sine onere, nemo sibi súfficiens nemo sibi satis sapiens.
Sed oportet nos invicem portare, mvicem consolari, pariter adjúvare instrúere & admonere.
Qúanto aútem virtútis qúisq; fúerit, meliús patet, occasione adver„sitatis. Occasiones namq; hominem fragilem non faciúnt, sed qúalis sit, osten dúnt. Kemp: 1. c. cit.

——— malè verúm examinat omnis
Corrúptis júdex ——— p. Flor. 2. Satyr. 2.

Aber bistú dass dú einen fremden knecht richtest. Rom: 14. v. 4.

Dú aber, was richtestú deinen brúder? oder dú ander, Was verachtestú deinen brúder? wir werden alle für den Richtstúel Christi dargestellet werden. Derúmb lasset Uns nicht mehr einer den andern richten, sondern dasz richtet vilmehr, dasz Niemand seinem brúder einen anstosz, oder ärgernüsz gebe, „stelle. Lasset Uns dem nachstreben dasz Zúm frieden dienet, und Uns Zúr besserúng Unter einander dienet. Rom: 14. v. 10. 13. & 19.